

*Anglos à Pictis se jungit limite certo
Flumen, quod Tuedam pristina lingua vocat.*

Hic fluvius copiosa scaturigine è Scotiæ montibus erumpens inter limitaneos equites, & ab actores, ne gravius quid dicam, quibus, ut ait ille, jus sibi vendicat ensis, diu tortuosus errat. Vbi vero proxime Carram vicum accecerit, multis aquis convalescens regnum collimitia discriminare incipit. Cumque Verke olim Rossorum, nunc Grejorum, qui militari laude diu floruerunt, castrum alluerit, in quod Scotti non raro detonuerunt, Tilli fluvii binominis aqua augescit. Ad fontes enim qui sunt in parte hujus regionis interiori Bramish appellatur, viculusque Bramton admodum obscurus & nullius fere numeri illi incumbit, unde Septentrionem petit per Bengely, quæ cum ipsa Bramton, Bromdum, Rodam, quæ stirpi hoc tractu insigni nomen fecit, Edelingham, &c. Baronia fuit Patricii Comitis de Dunbar regnante Henrico Tertio. Qui etiam, ut est in libro Inquisitionum, in Archivis Regiis erat Inborow, & Outborow inter Angliam & Scotiam, id est, si ego intelligo, ut præstaret & observaret hac in parte ingressum & egressum commercium inter utrumque regnum. Veteres enim Angli ingressum & atrium sua lingua Inbopou dixerunt. Superius flumini apponitur Chevelingham nunc Chillingham, quod, ut Horton non multum hinc distans, ambo castra Grejorum, ex quo duæ illæ Grejorum familiæ conjugio coaleverunt.

Wollover. *VVollover* Baronia inde prope jacet, quam Rex Henricus Primus dedit Roberto de Muscocompo, sive Muschamb, qui in parva carulea tres geslit albos papilliones, è cuius posteris Robertus potentissimus Borealis hujus plagæ Baro regnante Henrico Tertio censemebatur. Hæreditas vero statim inter foeminas dissipata, quarum una Comiti Stratherne in Scotia, altera Guilielmo de Huntercumbe, tertia Odonello de Ford fuit enupta. Gleni fl. inde ab Occasu Tillum suis aquis infusis adauget & Glendale vallem quam intermeat denominat. De hoc fluviolo Beda, Paulinus veniens cum Regina in villam regiam, quæ vocatur Ad-Gebrin (hodie Yeverin) triginta sex diebus ibidem cum eis Catechizandi, & Baptizandi officio deditus morabatur: quibus diebus cunctis à mane usque ad vesperam nihil aliud agebat, quam confluentem eo de cunctis viculis a locis plebem, Christi verbo salutis instruere, atque instruētam in fluvio Gleni, qui proximus erat, lavacrum remissionis ablueret. Hec villa tempore sequentium regum deserta, & alia pro illa est facta in loco qui vocatur Melmin, hodie vero Melfeld.

Hic prope Brum-ridg ad Brumeford Athelstanus Rex collatis signis cum Aulafo Dano, Constantino Scotorum, Eugenio Cumbrorum Regulo adeo feliciter dimicavit, ut prælium hoc fuerit celeberrimum, & grandiloquus verbis & versibus ab historicis, & Poëtis ejus seculi decantatissimum. Hic Bramish in Tilli nomen abit, & primum Ford castrum bellicosæ familie Herorum quondam, nunc Carrorum, inde Etall, ubi Manerii qui Manours & de Manerii dicti habitabant equestri splendore olim clari, & quorum posteri Rutlandiæ Comites nunc sunt honorissimi. Multa castella in hoc tractu sciens omit- Britannia.

to, infinitum enim esset sigillatim enumerando persequi, cum certum sit Regis Henrici Secundi temporibus castella MCXV, in Anglia extitisse.

Ex adverso hujus Fordi ad Occasum mons surgit præaltus, Floddon dicunt, Iacobi Quarti regis Scotorum cæde, & suorum strage signatus, qui, dum Henricus Octavus Tornacum in Gallia obsideret, magno animo, & majore spe (nostras enim urbes in antecessum diviserant) signa in Angliam intulerunt. Sed Thomas Howard Surriæ Comes instructus agminibus hoc in loco animose exceptit, pugnatumque acriter est utrinque, donec nox incertis, qua data victoria esset, intervenit. Lux autem insequens victorem, vietumque ostendit, & ipse Scotorum rex non paucis vulneribus confectus, inter conserfas cadaverum strues repertus. Vnde nova accessio facta Howardorum insignibus.

Tweda, Tillo jam recepto, plenior decurrit per Norham sive Northam, quondam Vbbanford, Dunelmensis Episcoporum oppidum. Egfridus enim Episcopus construxit, & Ranulphus successor castrum in excuso præruptæ rupis posuit, & fossa communavit, in cuius exteriori muro, qui majoris est ambitus, varia interjiciuntur turriculæ in angulo ad flumen, interius ambitus est alter munitior, in cuius medio arx surgit editior, sed secura pax nostri seculi, hæc licet in limite, jam diu neglexit. Oppidum subiacet in planicie ad Occidentem, templumque habet,

in quo conditus erat Ceolwulphus Rex Northum- brorum, cui Venerabilis Beda libros Ecclesiasticae historiæ Anglorum inscripsit, qui postea abrenuntians seculo in Lindsfernensi Ecclesia monachus

effectus cœlesti regno militavit, corpus postea delatum in Ecclesiam Northam. Cum etiam Dani Insulam Sacram, ubi Cuthbertus ille Sanctus (quem Beda tantopere celebrat) & sedis episcopus & fuit sepultus, depopularentur, atque nonnulli religioso furto ejus corpus transvehere ambirent, re-

flantibus ventis cum honore debito sacrum corpus ad Vbbanford, incertum an episcopatus sedem, depo-

suerit, juxta annem Twedam, jacuitque ibi multis annis usque ad adventum Ethelredi Regis. Hæc & alia me docuit (nec enim reticebo per quem proficerim) Georgius Carleronus hinc oriundus, filius

utique Castellani hujus loci, quem cum propter singularem in Theologia quam profitetur, & amoenioribus literis eruditio amaverim, &

ab ipso redamer, amore plane indignus essem, si non agnoscam. Sub Norham ad Killay viculum vi-

cum, avorum memoria ornamenta balthei militaris, & ensis manubrium è solido auro reperita fuisse à grandavis accepimus, quæ T. Ru-

thallo Episcopo Dunelmensi donata erant.

Paulo inferius Tueda ostium cernitur, cui in ulteriori ripa impendet ultimum Angliae, & munitissimum totius Britanniæ oppidum Berwick.

Quod nomen à Berengario Duce, quem somniarunt, deducunt aliqui. Lelandus ab Aber,

quod ostium Britannis sonat, ut Aberwic vicum ad ostium significaret. Sed qui novit quid Berwickus sonet in Regum nostrorum Chartis, in quibus nihil frequentius, quam Dono oppida C. & D.

oppida cum suis Berwickis, næ ille viderit veram hujus

Castella
115, in
Anglia.

1513.

Prælum
ad Flod-
don.

Rog. Ho-
ved.
Ceolwul-
phus
Rex.

Guil. Mal-
meslib. 1.
de gefis
Pontif.

* Bulbe-
ford in
impressis
corrupte
legitur.

Killay.
Mann-
brium
aureum.

Ingulphus
Berwickum
Manerium
interpre-
tatur.

Ber-

pag.